



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

XVIII. De confessis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

pendente appellatione rem & fructus sequestrari: pluresque casus alibi recensentur.

De Confessis.

TIT. XVIII.

Expeditis iis, quæ incidere in iudicium solent, a Tit. X. *de feriis*, fit transitus ad ipsam causam principalem, Actorque accingit se ad probandum. Certissima vero probatio est ipsius Rei confessio.

1. *Qualis est hac confessio?*

QVam facere Reus solet, præstato prius juramento calumniæ, vel de veritate dicenda, ad positiones Actoris iudicio, sub simili juramento propositas, per verbum *Credo*, vel *Non credo*. Nam si Reus præfracte & absque causa detrectet respondere ad positiones Actoris, habetur pro confessio. Ad quas vero respondet per verbum *Credo*, eas probandi Actor non incumbit necessitas. *c.2. h. t. in 6. & c. 1. sup. de lit. contest.*

2. *Quid differt confessio per verbum Credo ab ea, quæ fit simpliciter in iudicio?*

Quod illa ad probationem tantum faciat, & relevet Reum ab onere proban-

*d. c. 2.*

bandi: hæc vero, quæ simpliciter confitendo fit, & contra ipsum confitemur non modo releuet ab onere probandi, verum etiam faciat, ut confessus pro dicto habeatur, tametsi nullam causam adjecerit, cur id, quod confessus ita se habeat; quia nemo præsumitur in iudicio temere quid confiteri. Quod si vis hodie receptus sit, ut talis confessio vim probationis potius habeat quam sententiæ, qua proinde sententia non est opus.

*l. unica**C. eod.**Vvesenb.**D. b. t. n. 8.*

3. *Confessio extrajudicialis quantum vim habet?*

Confessio talis nullam præiudicium fert confitenti: quia extra iudicium quam confiteri, etiam coram duobus iudicibus, sine causa tamen, non releuat rem ab onere probandi, quæ in iudicio confessus præsumitur.

*c. Si cautio inf. De fide instrum.*

4. *Quid si confessus in iudicio errauerit, ei licitum erit errorem suum revocare?*

Distinguendum est; quia aut in iure, & hic error nocet confitementi, cum in iure communi errans sit in culpa, quæ non meretur excusationem, sed poenam, quia iura omnes scire debent.

bent: aut erravit in facto, & hoc revocare l. Leges C.  
pore est usque ad sententiam. De LL.

c. ult. b. t.

De Probationibus.

TIT. XIX.

Si Reus non confiteatur de intentione  
Actoris, sed ad quasdam ejus positio-  
nes respondeat per Verbum, Non cre-  
do, necessitas eas probandi incumbit  
Actori; & hinc post Tit. De confessis  
recte sequitur Tit. De probationibus in  
genere.

1. Quid est Probare & Probatio?

Probare est judici fidem facere de  
facto aliquo dubio, de quo in judicio  
est disceptatio. Probatio aliud non est,  
quam rei dubiæ, apud judicem contro-  
verfæ, per legitimos modos facta osten-  
sio.

2. Quotuplex est Probatio?

I. Alia est Artificialis, alia inartificialis. Ar-  
tificialem vocant, quæ ex ipsa causa argu-  
mentis & judiciis deducitur. Inartificialem,  
quæ extra causam desumitur vel a legibus,  
vel a testibus, tabulis, confessione, juramen-  
to, aut aliis similibus. Ita vulgo Rheto-  
res dividunt.

II. Alia